



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 59. Septem horum Præsulum epistola Regii Senatus decreto confixa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

„tua eximia in Nos & hanc S. Sedem Sæc. XVIII.
 „observantia, a qua majora semper spe- A. C. 1722.
 „ramus, ut regia potestate suffragante,
 „in Apostolicæ auctoritatis reverentia
 „sint isthic fratres unanimes, nec in
 „deferenda eidem sincera obedientia
 „novitas ulla subrepat, quæ proculdu-
 „bio aditum perpetuis dissensionibus
 „aperiret, paci vero & concordiæ re-
 „parandæ prorsus occluderet. Erit
 „proinde prudentiæ ac virtutis tuæ,
 „cui plurimum confidimus, ut Rex
 „Christianissimus, præsidium sanæ do-
 „ctrinæ seruat, & gravissimæ causæ Pa-
 „trocinium suscipiat, tam ad divini
 „Nominis gloriam, quam ad regiminis
 „sui tranquillitatem, pro sui enim Re-
 „gni salute geritur, quidquid pro quiete
 „Ecclesiæ vel sanctæ Religionis reve-
 „rentia laboratur. Ac Tibi Dilectissi-
 „me in Christo Fili Noster Apostolicam
 „Benedictionem peramanter imperti-
 „mur. „

§. LIX.

*Septem horum Præsulum epistola
 Regii Senatus decreto confixa.*

Nec suo successu caruit summi Pon-
 tificis sollicitudo; cum enim Ques-
 nelistæ ad tantam prolapsi essent teme-
 ritatem, ut neo-electum Pontificem

Sæc. XVIII. eorum factioni favere, eumque sui Pre
 A. C. 1722. decessoris severitatem, ipsamque ep

Constitutionem reprobare, in vulgus
 spargerent, hocque mendacium publi
 cistiollandiæ novellis inseri procuraret.
 Ludovicus XV. Franciæ Rex, ut holo
 Nugatores de falsitate convinceret, ma
 peram Pontificis epistolam publici iur
 fieri præcepit, ac ne id sine diserto Re
 gis mandato factum crederetur, ut
 supradicta epistola depravari possent
 illam in Regia typographia imprimi
 præcepit. Enimvero septem hi Ep
 scopi majore, quam par erat, animo
 tate desuper querebantur, postulante
 ut ipsemet Rex hanc causam exactius
 discuteret: attamen Rex Episcoporum
 literas rursus Regio Senatui examina
 das tradidit, ac die decima nona Ap
 rilis in ejusdem Curiæ decreto illas ce
 nino tam Sacerdotio quam Imperio
 injurias esse declaravit, & quidem Sa
 cerdotio, eo quod Constitutionem jam
 dudum ab Ecclesia receptam pro
 & obreptitia habere, ejus abolitionem
 postulare, illamque velut erroribus
 fertam traducere, atque universi
 Episcoporum Ordinem multis injuriis
 afficere, defuncti Pontificis honores
 lacescere, ac denique librum a Sac
 & profana potestate legitime prole
 ptum vindicare ausi fuissent: Ipsi etiam
 Reg

Regno his literis summam injuriam Sær. XVIII.
 irrogari declarabat Rex, eoquod Re- A. C. 1722.
 gias declarationes manifesto transgressi,
 animos ad seditionem concitare, Gal-
 licanam Ecclesiam velut sub Monarchæ
 sui jugo gementem exhibere, novum
 Corpus in Episcopata erigere, & de-
 mum clandestinas molitiones ag-
 gredi, & pessumdatis legibus in Re-
 gno immota fide observatis exterorum
 Principum patrocina sollicitare præ-
 sumpfissent. Eas ob causas Rex ho-
 rum Præsulum epistolam velut temera-
 riam, defuncti Pontificis memoriæ,
 sacræ Sedi, Episcopis, & Gallicanæ
 Ecclesiæ injuriosam, stabilitæ paci &
 declarationibus anno hujus sæculi de-
 cimo quarto & vigesimo editis, & a-
 pud omnes Regni Curias receptis con-
 trariam, seditiosam, & ad seditiones
 tendentem, necnon Regiæ auctoritati
 inimicam damnavit.

Attamen iidem hi Episcopi hoc Re-
 gii Senatus decretum flocci habentes,
 literis ad Regem Mense Julio datis cun-
 ctos laudati decreti articulos impugnare
 tentarunt, suamque lucubrationem ty-
 pis edere minime veriti sunt.